

num regularium, & Moniales possint corporalia, & purificatoria tangere, ac lavare. Verum his omnibus missis, standum est consuetudini ubique obtinenti, videlicet primam lotionem a Sacerdotibus, vel Diaconis esse faciendam. Ex privilegiis quae in favorem laicorum Fratrum adducuntur, non aliud eruitur, quam quod valeant praefata tangere, dum sacrificia intersunt; lectus quod valeant edomlavare. Porro iura quae vetant eiusmodi lotionem, sunt valde manifesta, quaeque ipsa praxi, & consuetudine iam dicta fortiora evadunt; ideo pro certo habendum, primam corporalem, & purificatoriam lotionem Sacerdotibus, & Diaconis servatam esse: & haec est communior Theologorum opinio.

XXIII. Quæst. V. Res sacre converti ne liceat possunt in usus profanos? Resp. Primum certum est, grave scelus esse uti rebus sacris, infusum retentum suam formam, in profanos usus, ut si quis calicem in communi mensa ad bibendum adhiberet. Quoniam talis usus est manifestus contemptus. Rex Baltiliar mortis a Deo plexus fuit, quod vasa domus Dei adhibuerat ad mensam: quia, ut habetur Levit. xxvii. quidquid semel fuerit consecratum, sanctum sanctorum erit Domino. Legatur D. Thomas 2. 2. g. lxxxviii. art. ii. quoniam in re exploratissima non vacat prolixius immorari.

XXIV. Quare reiicienda est absolute spectata sententia Ioannis Dicastrillo, qui ex Henrico docet tract. v. de sacrif. Miss. disp. xv. n. 23. non videri mortale, sed morem esse pro comediis honestis (quod ego intelligerem pro comediis sacris) & intra Ecclesiam, ut illis vestimentis; & mihi placet, maxime ad representandum aliquem sanctum Presbyterum, aut Diaconum, aut aliquod simile, iudicio prudentis determinandum. Hunc quem Dicastrillus morem vocat sibi tantum notum, ceteris autem omnibus incognitum, sacrificium esse abustum, omni circumstantia sublata, adeo contemptum est, ut nulla opus sit probatione. Velites igitur sacras, vasa Deo dicata licebit in scenas inducere? Legatur Tridentinum sess. iv. dec. de edit. lib. Quid quod dum haec exculare Dicastrillus contendit, sceleriora efficit? Scenarum turpitudinem temporum sanctitate obterege ille credit. Qui sacras velles in profanum theatrum induceret, sacrilegium perpetraret. Qui vero templa in theatra, altaria in scenas convertit: qui templa una cum vestibus sacris profanat: qui comitorum, & hiltionum impudentem artem exercent in sacris locis, hi sunt ab ini-

quitate immunes? Horrent haec pia aures, & magis detestatio quam impugnatione reitici illa debent. Res sacre ritu sacro, & ab Ecclesia profano, non comico, & theatrali representandae sunt.

XXV. Quamquam res sacre fissionem, & fractionem benedictionem, & consecrationem amittant, non inde tamen sequitur licitum esse earundem usum in profanum convertere. Idque probat Angelicus canonum auctoritate inducta III. Par. q. lxxxiii. art. 3. ad 3. *Propter hoc etiam quod aliquam spirituales virtutum adipiscantur per consecrationem in eadem distinctione* (dist. 1. de consecr. c. xxxvi. Ligna Ecclesie) statum legitur: *Ligna Ecclesie dedicata non debent ad aliud opus usque, nisi ad aliam Ecclesiam, vel igni comburenda, vel ad profectum in Monasterio Fratrum; in laicorum autem opera non debent admitti.* Et ibidem legitur (c. xxxix.) *Altaris palla, cathedra, candelabrum, & velum, si fuerint vetustate consumpta, incendio dantur: cineres quoque eorum in baptisterium infertur, aut in pariete, aut in fossis pavimento intendantur, ne introeuntium pedibus inquinentur.* Addendum, ligna Ecclesie dirute applicanda non esse neque in Monasterium, vel ad repallindas vineas; sed ad capitulum, dormitorium, aliave religiosa loca, ut reverentia sacris rebus debita servetur. Quod in laudato capite de consecratione statuitur pro altaris palla, & cathedra; idem de sacerdotibus vestimentis, aliisque Ecclesie ornamentis dicendum. Quin addit Sylvester verba Benedictio q. vii. lapides Ecclesie dirute in Monasteriorum aedificia convertendos esse. Consule Suarez III. p. disp. lxxxii. sect. 8. Salm. israel. xxi. c. x. p. 11. §. 2. Azorium Tom. II. instit. Lib. IX. c. ix. quæst. vii.

XXVI. Quæst. XVI. An vasa sacra, postquam fracta sunt, vendi valeant? Resp. Ut eiusmodi vasa in profanum usum converti, & venalia exponi valeant, debent igne, vel ferro ita amittere priorem formam, ut nihil eiusdem remaneat, ita ut aurum, argenteum communis materia appareat. Tunc enim, cum nihil sacri in eis consistat, nihil quod est quod profanum. Quare non caret reverentia, & sacrilegio calices vendere, oppugnari etiam ad usus sacros sub pretextu quod vendantur non ut consecrati, sed ut conlata materia venali. Spectandae tamen sunt circumstantiae, & potissimum finis, ac necessitas. Vestimenta sacra, etiam concisa, non debent in usus profanos converti, aut vendi: quia istorum

rum materia nequit, sicut illa calicis, aliorumque vasorum, penitus transmutari. Quare vel comburenda, aut ad refacienda alia sacra vestimenta adhibenda sunt. Quondam alia, aliisque sacra vasa, ornamenta Ecclesie deputata benedictionem, & consecrationem amittant, consule Barbolam de offic. & potest. Episcopi par. 11. alleg. 27.

XXVII. Quæst. XVII. Res profane converti ne in usum sacrum possunt? Resp. Adfirmant communiter Theologi, dummodo delecta artificiosa forma, ad formam reducantur aptam, & consuetam pro muneribus sacris obaudiis. Neque aliqua difficultas in oppositum urget: immo omnia ornamenta fa-

ora ex communi materia consuecuntur. Accedit praxis communis, quae pretiosis matronarum, viduarumque velles in Sacerdotum calicibus, & alia Ecclesie ornamenta tandem convertuntur. Sacra enim benedictione quælibet profana macula deletur. Quid quod vel ipsa laicorum domos in templa sacra aliquando Pontifices summi commutantur? Sic Marcellus Papa S. Lucinae, & Urbanus S. Cæcilie domos in Ecclesias Deo consecratas dicantur: & Bonifacius IV. amplium illud, & magnificentissimum Pantheon, Ethnicorum olim temporum, in Ecclesiam convertit forma immutata, & benedictione, atque consecratione adiecta.

DISSERTATIO II.

DE VITIIS OPPOSITIS RELIGIONI, SEU DE SUPERSTITIO, EIUSQUE SPECIEBUS.

CAPUT I.

Definitio, ac divisio superstitiois.

I. Superstitio describitur a D. Thoma 2. 2. q. xxi. art. 1. his verbis. *Superstitio est vitium religioni oppositum secundum excessum, non quia plus exhibeat in cultum divinum quam vera religio, sed quia exhibet cultum divinum vel cui non debet, vel eo modo quo non debet.* Perpicua sunt omnia.

II. Superstitioem primum in duas species Angelicus tribuit loc. cit. art. 2. Altera nuncupatur ex modo indebito colendi Deum: altera ex parte obiecti quod colitur. Prima cultum debitum Deo offert, sed modo indebito: secunda cultum Deo debitum creaturae exhibet. Distinguitur ergo superstitio in species primo quidem ex parte modi; secundo ex parte obiecti. Potest enim divinus cultus exhiberi vel cui exhibendus est, scilicet Deo vero, modo tamen indebito; & hoc est prima superstitiois species; vel cui non debet exhiberi, scilicet creature creaturae; & hoc est alia superstitiois species, quod in multas species dividitur secundum diversa fines divini cultus. Primam superstitioem modi indebiti dividit Angelicus q. xxi. art. 1. in alias superstitioes: quarum prima in eo est sita quod Deo tributur cultus fallus, seu perniciosus, qui fallus esse potest ob rem significatam; ut si quis Iudaeorum ceremonias nunc Deum

adoraret; vel si fallis miraculis quis intendere fidem catholicam confirmare; aut divinis officiis turpia misceret. Potest itidem esse fallus, atque perniciosus ex intentione contentis, ut si quis se fingeret Ecclesie Sacerdotem, & sacrificia offerret: qui cultus fallus ex parte contentis non modo in publico, sed etiam in privato contingere potest. Exempla adducit Caletanus in Comment. ad huc art. in ieiunio, & oratione: ut si quis contra modum Ecclesie ieiunaret in dominica; aut oraret sic propria persona, ut nullum haberet respectum ad Ecclesiam, cum preceptum orandi in persona Ecclesie a Domino impositum sit. Orbitis: *Peter noster: Panem nostrum: Dimitte nobis.* Quare qui hanc precem pro se tantum Deo offerret, cultu falso Deum coleret. Quare tamen hoc in sensu intelligenda sunt, dum quis positive vellet a participatione istius precis ceteros fideles excludere; aut vellet die dominico ieiunare, nulla habita ecclesiastica disciplina ratione, sed ut ipse peculiariter ritum inlitteret. Nullius vero superstitiois ritus esset qui spiritu penitentiae actus diebus dominicis ieiunaret, non ut singularem disciplinam invehneret; sed ut carnem fortius spiritu libericeret, penaque peccatis debitas perolveret: similiter qui dominicam precem Deo offerret pro semetipso, absque intentione excludendi alios fratres.

III. Altera superstitiois species ex parte

modi indebiti colendi Deum est, quando superfluus cultus Deo tribuitur, ut subdit enim Angelicus. Si autem aliquid sit quod, quantum est de se, non pertinet ad Dei gloriam, neque ad hoc quod mens hominis feratur in Deum, aut hoc carnis concupiscentie inordinate referentur, aut etiam si sit preter Dei, & Ecclesie institutionem, vel contra consuetudinem communem, qua secundum Augustinum pro lege habenda est; totum hoc reputandum est superfluum, & superstitiosum, quia in exterioribus solum consistens, ad interiorem Dei cultum non pertinet. Unde Augustinus in Lib. de vera Relig. inducit quod dicitur Luc. xxviii. Regnum Dei intra vos est, contra superstitiosos, qui scilicet exterioribus principaliter curam impendunt. 2. 2. q. xciii. art. 2. Itaque qui aliquos precandi modos sibi ex arbitrio praeferret, ut si vellet tantum post Solis ortum orare, ut Missam Sacerdotis qui vocetur Antonius, & non alio nomine, ut cum tot candelis, & non pluribus, nec paucioribus, aut istius, & non alterius coloris, audire; aut huius, & non alterius ab Ecclesia constitutus, ex arbitrio alias sibi fingeret; & reus esse superstitiosus: nec illi proficeret intentio haec omnia dirigiendi in proprium profectum: quoniam exterior cultus contra Ecclesie statuta vitiosus est: ergo nulla purgari intentione valet a culpa superstitiosus. Ignorantia tamen postquam in levioribus, iuncta bonae intentioni, a culpa, ut ego quidem arbitror, excusare potest.

IV. Secunda superstitiosus species ex parte rei culte est, cum exhibetur cultus, inquit D. Thom. 2. 2. q. xciii. art. 2. cui non debet exhiberi, scilicet cuiusvis creaturae, & hoc est aliud superstitiosus genus, quod in multis speciebus dividitur secundum diversos finis divini cultus. Quoniam, si cultus in divinam reverentiam institutus creaturae offerretur, appellatur idololatia. Alio modo cultus divinus institutus est, ut homo instruat a Deo, quem colit. Porro si, Deo spreto, demones consulit, aliquo into tacte, vel expresse pacto, tunc contingit secunda superstitiosus species ex parte rei culte, quae dicitur divinatio. Tertia tandem superstitiosus species ex parte rei culte est, cum divinus cultus, qui ordinatur ad directionem actuum humanorum secundum instituta Dei, qui colitur, offerretur demoni, & quo petitur auxilium; & dicitur vana observantia. Haec tria, inquit Angelicus, tangit Augustinus in Lib. II. de Doctr. Christ. dicens, superstitiosum esse quicquid institutum est ab hominibus ad

facienda, & colenda idola pertinens, & hoc pertinet ad primum, postea subdit: Vel ad consultationes, & pacta quaedam significationum cum demonibus pacta, atque servata; quod pertinet ad secundum: & post pauca subdit: Ad hoc genus pertinent omnes ligaturae, & cetera huiusmodi; quod pertinet ad tertiam.

V. Quaest. I. Quaedam peccatum sit superstitio ex modo indebiti colendi Deum? Resp. Ut ex dictis constat, duo sunt superstitiosus genera: alterum ex parte modi Deum colendi, alterum ex parte rei cultae. De primo superstitiosus genere in praesens quaerimus. Et primum dicimus, quod exhibere Deo cultum falsum, sive ratione rei significata, sive ratione colentis, natura sua peccatum est mortale: siquidem mendacium perniciosum in re gravi, in materia nempe religionis, cui gravem infert iniuriam. Ergo genere suo peccatum grave est. Ita Caiet. in 2. 2. quaest. xciii. art. 3. Stare Tom. I. de Relig. tract. III. Lib. III. cap. 11. Salmant. tract. xxi. cap. xi. punct. 1. Leander tract. ix. disp. 1. quaest. iv. Hinc peccarent mortaliter qui vitulum Deo sacrificarent, & abbatia custodirent, se circumciderent iuxta ritum mosaice legis.

VI. Quaest. II. Est ne peccatum grave profana, & turpia divino officio immiscere? Resp. Omnes affirmant, peccatum esse superstitiosum indebiti cultus qui falsus est respectu colentis, & divini cultus fini omnino contrarius. Eo quippe spectat divinus cultus, ut ad caelestia corda erigat, moveatque turpia vero, & profana incitant ad carnalia. Advertendum tamen, quod si ea quae admittuntur, nihil turpitudinis preferant, sed tantum vana sint, & non sacra; non sunt statim mortalis culpa damnanda; tamen veniali culpa nunquam carent. Quin addo, non in levi periculo eos versari qui divinas laudes, vel ipsam sacratissimam passionem cantu quodam musicali, & profano in Ecclesiis in ipsa sacrosancta dominice passionis hebdomada e suggesta recitant, plausumque inlantantis turbae concitant, & consequuntur. Vah sacrilegium morem! Eo ne res religionis nostrae devenit, ut sacratoria mysteria nostra profano ritu ad demulcendas aures, & titillandos populi sensus celebrantur? Quid namque Ecclesiae est cum theatris, & cum histrionibus? Sed de hoc alibi.

VII. Quaest. III. Qui falsas reliquias adorandas proponit, qui miracula commentitia pra-

dicat, peccat ne mortaliter? Resp. Gravissimum superstitiosus flagitium hunc perpetrare, fatentur omnes: quoniam gravem irrogat iniuriam religioni, quae scilicet sive miraculis, sive reliquiis confirmari non indiget. Nec pia intentio augenda devotionis criminis reatum auferit. Diminuitur enim, non augetur, religionis cultus his fignentis.

VIII. Quaest. IV. Est ne mortale peccatum die dominico a carnibus abstinere, atque ieiunare? Resp. Superstitiosus dammandus esse qui votum Paschatis a carnibus ablinent, qui votum edunt eiusmodi diebus ieiunandi, defendit nulla adiecta distinctione Leander tract. xi. disp. 1. quaest. ix. alioque huius sententiae patronos laudat. Ieiunare vero die dominico nullum esse peccatum docet. Verum prior Leander sententia falsa absolute est: idque constat experientia plurium sacrorum Ordinum, qui perpetuo a carnibus ablinent. Quem poenitentiae ritum tantum abest ut superstitiosus damnet Ecclesiae, quin potius illum approbat & commendat. Intentio ergo ieiunantium superstitiosa est. Superstitiosus pollutum fuit Manichaeorum ieiunium diebus dominicis destinatum, quod in contemptum resurrectionis Christi Domini institutum erat. Qui vero ieiunant, ut carnem, sensuque estremis cohibeant, non continent, sed colunt Ecclesiae disciplinam. Quare nec mortaliter, nec venialiter peccat qui hoc animo carnis affligendae dominicus dies ieiunio transigeret: eo vel maxime quod extincta nunc sit Manichaeorum haereticorum, atque adeo nulla sit scandali occasio. Consilium tamen est se ad Ecclesiae ritum conformare, huius diebus ieiunio abstinere, nisi aliqua peculiaris ratio urgeat; quemadmodum urget debitum abstinendi etiam praefatis diebus a carnibus respectu illorum qui voto, aut lege ad id tenentur. Hinc colligat, quod superstitio cultus superflui potest esse mortalis, vel venialis iuxta gravitatem materiae, & colentis intentionem. Quando enim pio animo superfluus cultus exhibetur vero Deo, gravis cultus religioso non fit iniuria, scandalum subdito. Quare culpa magnitudo ex his circumstantiis colligenda est.

CAPUT II.

Sub examen inducuntur plures casus, in quibus laetis ne superstitio, declaratur.

I. PRO certa omnium quae distri sumus resolutione, illud semper praeculis habendum est, quod tunc superstitio in aliquo.

quo opere contingit, quando ad aliquem prodicendum effectum causa adhibetur quae nec vi sua, neque institutione divina ullo modo inducere in talem effectum valet. Spectanda est ergo connexio causae cum effectu; & cum nulla appareat, sed extrema profus disparata sint, tunc superstitiosus crimen ferpit. Porro claritatis gratia nonnulla exempla subiciam, quibus alia doctrina confirmetur.

II. Superstitiosus rei sunt qui zona praegnantis campanam pulsent, ut propter evaniti partus: quia nulla causam inter & effectum connexio intercedit. Superstitiosa quoque est proleio imaginis alicuius Sancti in flumen, aut eisdem ad ripam suspensio pro pluvia obtinenda, ob aliam rationem. Nulla vero effectus superstitio, si in fluvium, vel ignem res sacra proiceretur ea spe, ut Deus intercessione talis Sancti moveatur ad extinguendum ignem, aut intumescens fluvium intra ripas cohibendum. Superstitiose vero fluit preces quibus saepe benedictum rosaria parturientibus. Superstitio idem est aliquo definitus alicuius palmi verius recitare ad compellendum canum latratu, ad impediendum fluxum sanguinis, aliumve morbum cum vana insillibilis eventus credulitate, scelus, si devote eos recitet aliquis ad divinam operam implorandum. Superstitiosa pariter sunt verba quae in eorum aures infunduntur ad expellendum dolores infelices solum.

III. Qui ieiunant panem & aqua die S. Stephani Protomartyris ea certa credulitate, ut, etiam si gravibus ictibus percutiantur, non sint morituri; quive certas preces recitant ea firma persuasione, ut morte indubitata non sint occubaturi, superstitio non carent, quia plus iusto talibus precibus fidunt: si tamen Deo preces fundant, ut a funesta morte liberentur, nullam perpetrat superstitiosus culpam; quin cultum Deo offerunt, opusque bonum exortent.

IV. Superstitio manifesta est observare dies fastuos, vel infastuos, ut declarat Apollodorus ad Galat. iv. Dies observatis, & tempora, & menses, & annus: timeo vos, ne forte sine causa laboraverim in vobis. Quod autem talis fiat dierum observatio, experientia laetis constat: nam Hebraei infastuos est dies Lunae, quod putent ea die natum fuisse Cain: Atheniensibus vero infastuos est dies Martis, Mestis dies Mercurii, Phrygis dies Iovis, Troianis dies Veneris, Peris dies Saturni. Quotique vero horum dierum fastuos est ceteris nationibus. Idem ergo dies fasti essent, & infastui. Dies omnes eisdem naturae sunt,

nostraque vel ignavia, vel industria boni, aut mali eadunt. Quid de illis qui dies conversionis D. Pauli, Urbani, & Vincentii observant, ut futuros eventus hariolentur? Totum hoc veribus istis exprimitur:

Clara dies Pauli bona tempora denotat anni:

Si mix, aut pluvia, designat tempora cara:

Si fuerint venti, designant praelia genti:

Si fuerint nebulae, perent animalia quoque.

Nulla in his veribus contineri superstitionem, docet communis opinio; nec qui illorum observant, superstitioni sunt; dummodo ex illorum observatione certum colligere eventum non audeant. Sunt enim haec vanorum popularum observationes minime curanda, sed omnino contemnenda. Quid enim cum die Pauli, aut Urbani ceteri dies? Tales tamen aliorum occurus contingere praefatis temporibus queunt, ut nubium, aut serenum caelum evadat.

V. Observantia dierum quos criticos vocant, nulla est superstio, quia nititur causis naturalibus. Dies criticos medici vocant, in quibus de morbi qualitate iudicium ferunt: suntque quintus, septimus, undecimus &c. Si his diebus febris incideat, mortem praedicit; si deservat, sanitatem. Superstitio vero est, si hi dies observarentur pro agenda hereditate.

VI. Observatio dierum Lunae pro rerum naturalium conservacione, omni caret superstitione. Neque etenim vana est, ut quidam recentiores Philosophi contendunt: quoniam experientia constat, signa abicista tali die Lunae cito corrodii; diu vero sana consistere alio die recita. Alii plures effectus recentier possent, nisi omnibus comperit essent. Tatentur praefati Philosophi hos effectus; sed in alias causas eos revocant. Dum olim in quodam libello legerem, pesslem ex contactu nullo modo contrahi, vanamque esse hominum diligentiam in segregandis fanis ab agrorum lue inquinatis; non aliam impugnationem adhibendam advertis hunc Auctorem censui, nihil illam inter agros, peste immani infectos consistere, ut sui corporis periculo suum confirmaret doctrinam, quam in aliorum perniciem evulgavit. Similem consultationem merentur illi qui negant Lunam in causis has inferiores quidquam influxus habere: scilicet ad Lunae conspectum integram noctem damandi essent, ut inde colligerent, intuat ne, an secus Luna in haec interiora.

VII. Licita similiter est dierum canicularium pro sanguinis diminutione, sicut & anni climaticae, observantia, quod haec naturalibus causis nitatur. Anni climaterici dicuntur

singuli septenarii, in quibus corpus humanum mutationem peculiararem patitur, ut medici contendunt. Quare observatio horum annorum per se superstitionis non est; vana vero, falsa, & inanis esse potest, quod fortassis verum habet, ut ego quidem arbitror.

VIII. Superstitiosa est collectio herbarum die S. Ioannis Baptista, sive credulitate fiat, ut existimetur plus virtutis, & efficaciae has herbas habere, quod die illius Sancti sint collectae. Sanctitas quippe talis diei nullam vim conferat herbis illis. Si vero credatur quod herbae eo tempore collectae maiore sint virtute praeditae, nulla erit superstio. Consuetudo tamen erit vetere populo, ad superstitionem prono, tali die herbarum collectionem. Idem dicendum de rore eodem S. Ioannis Baptista die collecto. Superstitiosa quoque est illius illa quae feminae credunt, & ova gallinae ortu die Parasceves peculiariter vi pollere ad extinguendum ignem in eundem prolecta, & oblata certis diebus tacta scopis, a vermicibus praeservari. Superstitionem pariter redolet nolle ungues die veneris abscindere, neque die Iabbari naves; vel die S. Ioannis Baptistae arborum scindere, per quam pueri lesi ter transiunt, ut sanitatem recipiant; vel annulum consistere ex pecunia oblata Crucifixio die Parasceves ad sanandum morbum contractionis membrorum.

IX. Qui ad convivium invitati nolunt sedere, si tredem sint, timentes ne unus ex discumbentibus eo anno sit moriturus, superstitionis rei sunt: quoniam impar hic numerus nullo modo infuere in mortem valet. Quid? Damna bis in eisdem diebus observatores letalis culpe? Si certo non crederent eventurum effectum, sed vano quodam timore ducti id peragerent; forte ignorantia illos a gravi noxia excularet, potissimum si discumbentes rodes sint, & idiotae. Verum, si homines graves forent, peculiariter debito obstricti ad vana has observantias tollendas, vix a crimine eos excusarem. Criminis magnitudo non tempore sanari valet: perinde malo citra limites consistere quam eos transire.

X. Superstitionis rei sunt qui gladium quo hostem laeserunt, medicamentis fovent, utile qui lesus est, sanitatem recipiat; item qui utuntur filo digitis appenso, a quo pendet anulus intra vas vitreum, vel amphoram ad pulsandas, & internoctandas horas: tum si qui certo credunt sibi quidquam mali imminere, eo quod audiunt garrire aves, ululare lupos, bovesque mugire. Superstitio tamen, saltem gravis, non videtur, si quis, populari rumore preventus, levitanti timore du-

dustus, eiusmodi eventus praecaveret absque ulla certa credulitate, sed potius ut cuidam innare levitati indulgeret.

XI. Superstitiosa sunt preces determinatae quae a quibusdam fundi solent eo sine expresse, certa quae credulitate, ut sibi appareat in mortis articulo B. Virgo: tum quod audax praesumptio est talis peritio; tum quod demon in Angulum lucis se se transformare valet; & sub specie Christi Domini, vel eius matris illos decipere. Superstitionem quoque manifestam committunt qui incantant pecus certa verborum prolatione, ne a lupis ledatur: quia eventus huilmodi accedere nequit, nisi demonis arte.

C A P U T III.

De idololatria, cuius notio, & malitia gravitas exponitur.

I. **D** Paulus omnes peccatores, potissimum voluptuosos, quorum Deus venter est, & avaros, qui pecuniarum idolo inserviunt, idololatriae reos arguit. Haec tamen idololatria generatim accepta, quae per omnia mortalia creatura divagatur, eo quod omnis letaliter peccans in creatura ultimam finem constituit, haud est peculiariter peccatum distinctum ab eo quod perpetratur. Idololatria, quae est peculiaris superstitionis species, describitur a D. Th. 2. 2. q. xciv. art. 1. quod sit cultus divinus exhibitus creaturae. *Et ideo cuiusque creaturae divinus cultus exhibetur, superstitiosum est.* Ad idololatriae exitus perpetrandum opus est ut cultus exhibitus creaturae divinus sit: quia, si creaturae honor inferior, qui Deo non debitus, offeratur, non erit idololatria. Nominem autem creaturae intelligitur creatura absolute talis. Quod si creatura accipitur pro imagine Creatoris, & ut Deum unice representat, nulla est superstio eidem cultum divinum exhibere: quia tum Deus in sua imagine colitur, ut dictum est alias.

II. Quinque perpetranda idololatriae modos D. Th. assignat. Primus adoratio simulacrorum: secundus adoratio creaturarum, puta caeli, terrae &c. tum adoratio hominum mortuorum: quartus adoratio creaturarum immaterialium, ut demoniorum: postremus adoratio mundi ut animati. Ad has quinque veluti species revocari omnis idololatria haectenus adinventata potest. Legatur D. Th. qui fule haec omnia describit, laudatque D. Augustinum, qui Lib. VII. de civitate Dei pluribus capitibus rem hanc dilucidat.

III. Duplicem idololatriae causam D. Th. loc. cit. art. 4. assignat; unam ex parte hominis, ex parte demonis alteram. Prima ex parte hominis triplicem esse docet. *Primo quidem, inquit, ex inordinatione affectus, prout scilicet homines aliquem hominem vel nimis amant, vel nimis venerant, honorem divinum ei impendunt.* Et haec causa assignatur Sapientiae XIV. Acerbo luctu dolens pater cito sibi rapti filii fecit imaginem, & illum qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc qui tanquam Deum colere cepit: & ibidem tanquam Deum colere, quod homines aut affectus, aut Regibus deserventes, incommunicabile nomen, scilicet divinitatis, lignis, & lapidibus impulerunt. Secundo propter hoc quod homo naturaliter de representatione delectatur, ut Philosophus dicit in Poetica sua. Et ideo homines vultus a principio videntes per diligentiam artificum imagines hominum expressisse factas, divinitatis cultum eis impendunt... Tertio propter ignorantiam veri Dei, cuius ecclesiasticam homines non considerant, quibusdam creaturis propter pulchritudinem, seu virtutem, divinitatis cultum exhibuerunt.... Alia autem causa idololatriae consummativa fuit ex parte demonum, qui se colendos hominibus erantibus exhibuerunt, in idolis dando respecta, & aliqua, quae videbantur hominibus mirabilia, faciendo. De tempore autem quod idololatriae crimen ortum in mundo sit, non una est omnium Interpretum sententia. D. Th. in laudati articuli argumento secundo recenset varias opiniones, & tandem sic respondet. *In prima aetate non fuit idololatria propter recentem memoriam creationis mundi, ex qua adhuc vigebat cognitio unitus Dei in mente hominum. In tertia autem aetate idololatria est exclusa per virtutem, & doctrinam Christi, qui de diabolo triumphavit.*

IV. Gravissimum esse idololatriae flagitium, probat idem D. Th. loc. cit. art. 3. eo quod natura sua sit contra Deum, qui debitus cultus surripitur, atque creaturae tribuitur. Porro qui cultum Deo debuit creaturae tribuit, creaturam pro Deo habet. Audiamus Anglicum ipsum, qui peccati istius gravitatem colligit tum ex natura ipsius peccati, tum ex affectu peccantis. *Gravitas alicuius peccati potest attendi dupliciter. Una modo ex parte ipsius peccati; & sic peccatum idololatriae gravissimum est. Sicut enim in terrena republica gravissimum esse videtur quod aliquis honorem regium alteri impendat quam vero Regi: qui, quantum in se est, totum regnum publicae perturbationi ordinem: ita in peccato con-*

contra Deum committuntur, quae tamen sunt maxima, gravissimum esse videtur quod aliquis bonorum divinum creatura impendat: quia, quantum in se est, facit alium Deum in mundo, minimum principatum divinum. Alio modo potest attendi gravitas peccati ex parte ipsius peccantis: sicut dicitur gravius esse peccatum eius qui peccat dicitur, quam eius qui peccat ignoranter. Et secundum hoc nihil prohibet gravius peccare hereticos, qui scienter corrumpunt fidem quam acceperunt, quam idololatras ignoranter peccantes. Et similiter etiam aliqua alia peccata possunt esse maiora propter maiorem contemptum peccantis.

V. Itaque idololatria est omnium scelerum quae religioni opponuntur, gravissimum; cum sit laesae maiestatis divinae crimen. Advertendum tamen, triplicem esse idololatriam gradum. Primus est, quando idololatria cum infidelitate coniuncta est, dum quis putat creaturam esse Deum, divinoque honore dignam: hocque ex parte peccati supremum malitiae gradum importat. Secundus est, dum quis abique infidelitate cultum Deo debitum offert creature, puta demoni, quem scit non esse Deum; nihilominus, ut illum sibi propitium reddat, eidem cultum divinum impendit. Hoc etiam enorme scelus est. Postremus est, cum quis ob mortis alteriusve gravi damni periculum vitandum cultu exteriori divino creaturam colit, & adorabilem quae ulla interna infidelitate. Hoc quoque grave flagitium est; scilicet tamen, non vera idololatria. Hinc colliges idololatriam malitia antecellere quidem omnibus aliis criminalibus religioni, virtutibusque moralibus oppositis; scilicet virtutibus theologicis contrariis. Et, cum Angelicus citato loco indicare videtur idololatriam esse gravissimum peccatum inter omnia quae contra Deum committuntur, idololatriam considerat, ut infidelitatem, Deique odio, a quibus proficitur, coniunctam, & ut est omnium aliorum criminum festivo. Ceterum aperte Angelicus docet I. 2. *quæst. 1. art. 2.* ordinem Dei, heresim, infidelitatem, & desperationem, omnium flagitiorum gravissima esse, utpote theologicis virtutibus, quae moralibus longe praestant, opposita. Si postea idololatria ex parte peccantis spectetur, in secundo, & tertio gradu maior malitia elucere potest quam in primo, cui ignorantia culpabilis veri Dei aeneae est. Quam ob causam peccat gravius qui scienter quam qui ignoranter delinquit.

CAPUT IV.

Quid sit divinatio, quoque illius species.

I. DUOS integros libros de divinatione Marcus Tullius scripsit. Sub istum titulum primi sic eam describit. *Verus opinio est, iam usque ab heroicis ducta temporibus, utque populi R. & omnium gentium firmata consensu, versari quamdam inter homines divinationem... idest praesentionem, & scientiam rerum futurarum.* De hac quoque oftenso instituit articulos D. Th. 2. *quæst. xcv. & illam ipsam quam Cicero definitionem tradidit, dicens, quod sit praesentio futurorum: quae quidem futura duobus, inquit, modis praenoscitur valent; uno modo in suis causis, altero modo in seipsis. Causarum aliae sunt naturales quae necessario effectus producant, ut orbium caelestium motus, & eclipses. Aliae sunt quae licet non necessario edant effectus, tamen raro deficiunt; sicut stellarum aspectus, atque coniunctio pluvias, & siccatem inducunt. Porro qui cognoscit causas necessarias, praesens certo quoque valet effectus inde necessario proficentes. Qui vero cognoscit causas quae non necessario producant effectus, nec semper, sed ut plurimum, raroque deficiunt, non valet certo, sed probabiliter tantum conjectura, istarum effectus divinare: hoc pacto astrologi esse stellarum consideratione pluviam, aut ariditatem portendere valent, & medici sanitatem, vel mortem. Causarum autem liberarum effectus praesentes cognosci a creata mente possunt, futuros vero solus Deus cognoscit. Quare Haec praesentionem futurorum contingendum soli Deo adscribit cap. xii. *Annotate quae videntur in futurum, & scientiam quia dicit esse.**

II. Prædictio futurorum ex divina revelatione nuncupatur prophetia. *Prov. xvi. Divinatio in labiis Regis: in iudicio non erabit cor eius.* Prædictio futurorum vi causarum naturalium vocatur *divinatio naturalis*. Praesentio vero futurorum quae nec Deo revelante, nec vi causarum naturalium, sed sola demonis ope fit, proprie dicitur *divinatio*, quae est superstitionis species. Ideo concludit D. Th. divinationem fere semper in malam partem accipi. Porro de hac divinatione nunc sermo nobis est, quae se communiter definitur a Theologis, est D. Th. 2. *quæst. xcv. art. 1. Divinatio est futurorum praesentio ope demonis.* Dicitur *praesentio*, seu praesentio, quae verbis, aut signis

gnis fieri valet. Additur, *ope demonis*, ut intelligatur, superstitionis reum illum non fore qui a Deo, non a demone futurorum cognitionem expolieret. Dicitur *praesentio*, quia potissimum futura praedicit, tamen & circa praeterita verari valet.

III. *Quæst. I. Quae demones possint futura praedictare?* Resp. Omnia quae a causis naturalibus necessario pendent, ut aliorum conjunctiones, & celorum motus, Luna, ac Solis eclipses. Coniectare vero dumtaxat probabiliter valet ea quae a causis naturalibus contingenter producuntur, ut pluviae, siccitates, pestes, tempestates, idque genus similia. Quae vero pendent solum a divina voluntate, aut libero hominum arbitrio, cognoscere nequeunt, ut cogitationes humani cordis, & futura contingentia, quemadmodum docet D. Th. I. *Part. qu. lxi. art. 3.* Qui tamen intellectus acumen causas naturales comprehendit, & hominum nativas affectiones, genios, propensiones penetrant, multa praedictare valent, etiam eorum quae ex libera hominum voluntate proficiuntur. Ordo libertatis praeteregitur unque limites naturalium causarum, aciemque legit subtilissimi licet demonum intellectus, verum ob conjunctionem ordinis liberi cum ordine naturalium plura demones per suos divinos praedictare solent eorum quae pertinent ad humanam libertatem. Valent quoque ex divina revelatione futura cognoscere. Praesentia quae in diffusis regionibus accidunt, ob motus celeritatem. Haec tantum divinos suos edocere valent.

IV. *Quæst. II. Quae ratione demones divinos suos edocent?* Resp. Multariam demones divinos suos instrunt, nempe aut verbis expressis, se se eis visibiles praebendo, aut sine ullo sensibili aspectu verba in aere proferendo, vel in somno eadem excitando. Quandoque scriptis, aut animalium voce eisdem instrunt, erudiuntque. Divini vero variis viis ad hoc confluenda sese preparant, nunc sacrificia offerendo, nunc thuris adolendo, quandoque signis, & instrumentis iuxta illorum diversas conventiones praemissis.

V. *Quæst. III. Divinatores invocant ne semper expresso pacto demonum ope?* Resp. Haec invocatio interdum extracta est, & loquennis, quae murum contractum inveniunt divinatores cum demone sub aspectu regio apparente, ac veluti in solio sedente. Isthic divinatores divinum religionem, sacramenta, ac mysteria cetera abnegant, & demoni cultum adpromittunt, eiusque vota se impletu

rosponent: quod sacrilegium sedes scholastica proprio sanguine signata munire solet. Quandoque pactum inveniunt hac misa solemnitate; sed demum praescribit quaedam formulas, quibus a divinatoribus politis promittitur eidem operi, auxiliumque latum. Alterutro modo fiat, pactum expressum nuncupatur. Dum vero quis scire perantant ea quae humanae mentis aciem fugiunt, & ut id assequatur, mendis vanis, atque incongruis, & a Deo vetitis utitur, quamquam nolet libi a demone operi ferri, eo ipso tamen quae a eiusmodi inaniis respiciat, etiam adhibeat, vult reapse a demone edoceri: dum quippe eiusmodi vanis signis, & observationibus se eiusmodi immiscet praeter intentionem hominis: ut hoc vocatur pactum implicitum. Totum paucis verbis sic explicat D. Th. 2. *quæst. xcv. art. 3. Demonom consilium, vel auxilium vel expresse imporat, vel praeter intentionem hominis se occulte demoni inveniunt ad praesentandum futura quaedam quae hominibus sunt ignota.*

VI. Porro D. Th. l. c. recenset varias species istius divinationis, in qua pactum expressum cum demone intervenit. Clarior has species proderet nequeo quam eiusdem Angelici verba ferendo. *Demonis, inquit, expresse invocati solent futura praesentare multipliciter. Quandoque quidem prestigiosis quibusdam apparitionibus se se aspectus, & auditum hominum ingerentes ad praesentandum futura: & haec species vocatur prestigium, ex eo quod occulte hominum praesentantur. Haec autem corpora quae divinatoribus obiciuntur, vera corpora humana non sunt, quae veram carnem habeant, ut persupine explicat Caietanus in commentariis ad hunc articulum. In duobus, inquit ille, veris corporibus deficiunt eorum simulacra. Primo in temperamento carnis. Nam confessus est ipse parte invidiaci, cum eius caro quasi glacialis molesta esset tactus, humanam carnem se non posse mittere contingere. Non enim potest se committere naturalia abique vera generatione hominis, ut veram carnem humanam efficiat: & simili ratione non potest humanum semen effecere, sed tantum transferre. Et hoc ob defectum verissimum esse quod Christus post resurrectionem dixit: *Palpate, & videte, quia spiritus, seu demum, carnis, & ossa non habet.* Secundo in delectatione tactus, & concubitus. Est enim tanto perforatur humanorum commixtio naturalis delectabilior, quanto verum supercedit verissimile. Haec tamen Caietanus paucis dempitis. Subdit vero D. Th., quod*

secunda divinationis species fit per somnia, & hæc vocatur *divinatio somniorum*. Tertia species est per mortuorum aliquorum apparitionem, vel locutionem; & hæc species vocatur *ne cromantia*. Quarta est que futura prænuntiat per homines vivos, ut per arpepitos; & hæc est divinatio per *pythones* a Pythio Apolline nuncupatos, qui dicebatur esse divinator auctor. Quinta divinationis species est, cum demon utitur signis, vel figuris corporum inanimatorum, ut ligno, ferro, lapide ad futura prænuntianda; & dicitur *geomantia*. Si vero utatur aqua, est sexta species, que appellatur *hydromantia*: si adhibeat ætem, confligit septima species, que vocatur *aeromantia*: si ignem, est octava species dicta *pyromantia*. Nona tandem vocatur *arsuspicionum*, dum futura prænuntiantur per signa que in visceribus animalium demonibus immolatorum apparent.

VII. Divinatio autem que fit absque expressa demonis invocatione, in duo genera dividitur. Primum est, quando ad præconoscenda futura aliquid consideramus in dispositione aliquarum rerum que nulla vi pollent ad inducendam earundem cognitionem: quod divinandi genus hæc sub se continet species. Prima est *genethologia*, que pertinet, ad astrologos, genethiacos nuncupatos, cum ex siderum motu natales hominum, & que illidem ventura sunt, portendunt. Secunda est *argurium*, quod fit ex avium garritu. Tertia *arsuspicionum*, quo ex avium volatu, vel aliorum animalium motu futura prædicantur. *Omen* appellatur quarta, que est prædictio ex hominum verbis præter intentionem prolatis. Quinta est *chrymantia* ex lineamentis manuum. Sexta tandem *spatula mentia* dicitur, cum divinatio fit ex aliquibus signis in spatulis acinuis animalis apparentibus.

VIII. Ad secundam divinationis genus, sine expressa demonis invocatione, pertinet ea que prædicantur futura ex consideratione eorum que homines serio peragunt ad occultum aliquid inquirendum, ut cum futura prænuntiantur ex punctuorum protractione, & dicitur *geomantia*, etque prima species. Altera vero nuncupatur *fortilegium*, cum futura investigantur sive per considerationem figurarum que confligant ex plumbo liquefacto in aquam proiecto; sive ex quibusdam schedulis scriptis, in occulto repositis, & consideratur quam quisque accipiat, vel etiam ex fœtibus inæqualibus propolis, & quis maiorem vel minorem accipiat, attenditur: vel taxillorum profectione, dum colligitur, quis pura pun-

cta proiciat; vel tandem, dum mente penditur, quid aperienti librum occurrat. Que omnia *fortium* nomen habent.

IX. Hæc totidem fere verbis, paucis mutatis, docet D. Th. *loc. l. iud.* ubi sic concludit. *Sic ergo patet, triplex esse divinationis generis: quorum primum est per manifestam demonum invocationem; quod pertinet ad ne cromanticos; secundum autem per aliorum considerationem dispositionis, vel motus solentium, quod pertinet ad argures; tertium est, dum facimus aliquid, ut nobis manifestetur aliquod occultum: quod pertinet ad fortes. Sub quolibet autem horum multa continentur, ut patet ex dictis.*

X. Quæst. IV. *Sunt ne omnes relate divinationis species moraliter diverse, & in confessione explicanda?* Resp. Ex his que dicta sunt, responso patet. Siquidem D. Th. ad tria genera divinationes revocat, nempe ad *ne cromantiam*, *argurium*, & *fortilegium*. Et fine non omnes recentis divinationis species esse in genere moris diversas, ex eo constat quod quocumque modo divinationes peraguntur, sive aliorum, sive ignis, sive ætem, sive somniorum usu; eodem modo cultui Deo debito, religionisque fini opponuntur. Ereo diversas hæc materialis est, & physica, secus moralis; si sermo fit de omnibus recentis speciebus.

XI. Quæst. V. *Divinatio cum pacto expresso cum demone differre ne moralis specie ab ea que tacito pacto peragitur?* Resp. Communior sententia docet, physica, non moralis specie hæc divinationes differre: quia pactum tacitum, & expressum specie non differunt. Hinc inferunt non pacti, circumstantiam pacti expliciti non esse in confessione aperendam, eo quod circumstantiæ agravantes necessario explicandæ non sint. Verum, missa severiori discussione de rigorosa diversitate specifica morali, dico, pactum expresse inritum cum demone aperendum esse in confessione. Hæc quippe expressa conventio, ac solemne fœdus inter hominum inter & demonem peractum, tantam prædit malitiam distinctam ab ea que in se pacto tacito, ut vel ipse communis sensus illam percipiat. Quare minime nobis probatur sententia Salmanticensium, qui *tract. xxi. c. xi. punct. 2. §. 2. n. 30.* cum aliis docent, hoc explicitum pactum hæc esse in confessione exprimentum absolute inspicuum, quia est demtaxat circumstantiæ agravans. Primum, etiam si esset circumstantiæ agravans dumtaxat, non inde sequeretur silendum in confessione iuxta sententiam quam probabiliorum reputo. Deinde adeo exploratum non est, specie moralis hæc duo pacta non differre, ut

inferri absolute queat non esse in confessione manifestandum talem diversitatem. Siquidem D. Th. facti indicare videtur verbis *n. 9. allegatis, specificam* moralem; nedum physicam distinctionem: & *ib. ad i.* hæc subdit: *In omnibus prædictis est eadem generalis ratio peccandi, sed non eadem specialis. Multo enim gravior est demones invocare quam aliqua scere quibus dignum sit ut se demones ingerant.* Respondent Salmanticenses, Angelicum loqui de diversitate specifica, secus de morali: quod quam fit patidum commentum, nemo non videt. Non ergo morum Theologiam, sed physicas controversias hic veriat D. Th. Subdunt, intelligendum esse de maiori malitia intra eandem speciem: quæ responsio non videtur præcedenti melior. Angelicus basilice dicit, quod non fit eadem ratio specialis peccandi. Si ratio peccandi non est eadem; ergo est diversa. Porro, ubi sunt rationes formales peccandi diversæ, ibi est specifica moralis distinctio, & non tantum materialis, que semper est super eadem ratione. Accedit quod si ve fit distinctio specifica, si venon, quando Confessarius audit expressum, & solemne fœdus in peccitum iudicium concepit, & demones in peccitum animaverit. Parum refert hoc iudicium distinctum, inquit Salmanticenses. Quibus ego respondeo, multum, non parum, illorum responsonem abidere a vero. Hanc iudicii diversitatem magis faciunt vel ipsi Sanchez, Caltrop, alii que Probabiliste plurimi.

XII. Fatentur tamen vel ipsi Salmanticum ceteris Theologis, manifestandum esse in praxi Confessario hoc explicitum pactum, ob hoc scilicet quod communiter alia peccata pactum illud continentur: occurrit enim grave periculum perniciose deceptionis & invocantis, & aliorum. Porro se se exponere gravi periculo deceptionis propriæ, vel alienæ gravem adverius caritatem malitiam præfert. Item frequenter idololatriæ crimen perpetrat in expressa invocatione demonis ob cultum eidem oblatum. Hæresis etiam contrahitur, dum vel eidem certa fides adhibetur, vel vera fides, religio, & sacramenta abnegantur, & tandem non raro accidit in hac invocatione rerum sacrarum abusus. Ob hæc crimina, quorum saltem aliqua fers semper comitantur pactum expressum, fatentur omnes, eiusmodi pactum esse in confessione manifestandum. Ego vero addo, iuxta probabiliorum sententiam pactum hoc explicitum absolute detegendum in confessione esse, etiam aliis criminibus sibiatis.

CAPUT V.

De astrologia iudiciaria, seu de divinatione per astræ.

I. Duplicem distinguunt Theologi astrologiam: naturalem unam, quæ homines ex situ, motu, ortu, & occalu astro-

rum ea quæ naturaliter contingunt, pluvias, tempestates, eclipses, portendunt. Hanc licetam esse fatentur omnes cum D. Th. 2. 2. q. lxxxv. art. 5. ubi, relictis variis divinationi modis, hæc concludit. *Si vero aliquis naturæ consideratione astrorum ad præcognoscendum futura quæ ex celestibus causantur corporibus, puta licitates, pluvias, & alia huiusmodi, non erit illicita divinatio, nec superstitiosa.* Quamvis tamen absolute hoc verum sit de his effectibus quæ necesse consequuntur astrorum, planetarumque situm, & aspectum; ad tempestates tamen quod attinet, grandines, licitates, pluvias, serenitatem, & alia id genus prædicenda, vana plerumque est, & inutilis cuiusmodi astrologia, licet non sit noxia; cum ob incognitam astrorum vim, tum propter obscuram ventorum, vaporum, aliorumque, quæ impediunt sæpe astrorum influxum. Idque experientia compertum, ac exploratum est. Nec ephemerides in annos singulos evulgata alium eventum certo prædicunt præter emunctas idiotarum, imperitorum crumenas, ut laudati Salmanticæ, advertunt. Ridere sæpe soleo nonnullos qui tempus rerum, pecuniamque prodigunt, ut negaces hos libellos conquirant, quosque tanta curiositate, & aviditate legunt releguntque, ut certam illis adhibere fidem videantur. Quare isti levitatis, temeritatis, & curiositatis levem culpam non evadunt, non ob id præcise quod cuiusmodi libellos consulant, sed ob excessum, nimiamque credulitatem.

II. Altera astrologia iudiciaria est qua homines ex stellarum motu, planetarum aspectu, astrorumque cursu quedam futura, contingentes scilicet, fortuitoque casus ex sola humana voluntate, & arbitrio pendentes, divinant. Hanc quadruplem esse Theologi docent. Una est qua ex astrorum aspectibus terre lenitas, mercium abundantia, animalium, hominumque morbi, & obitus prædicuntur; quæ tamen superstitiosa non est, si non est certo, sed ut probabiliter tantum, futura hæc prædicantur. Secunda appellatur *genealogica*, qua hominibus prænantur dignitates, gradus, uxoris ducendæ pulchritudo, aut deformitas. Tertia *electivum*, qua in omni negotio divinat quid agendum sit, quid omittendum, quando domo egrediendum, ut fastidii eventus respondeant. Quarta *imaginum fabricatarum*, qua astrologi figuras, numeros, characteres efficiunt, quos cum figuris, quas in celis reperiri comminiscuntur, conferunt; & ex collatione, ac mutua sympathia fortissimos casus prædicunt. De his omnibus fatis scri-

bit D. Thomas 2. 2. quæst. lxxxvi. art. 2. quem consulere potes.

III. Has tres divinationes recentitas veritas esse docent omnes Catholici, immo omnes præditi mente sana: quoniam corpora caelestia nulla vi pollent in humanam voluntatem quæ spiritualis est, cuius liberos actus, sive noxios, sive honestos, meritoque dignos, nequeunt modo aliquo in corporeas causas revocari. Siquidem alia vel influentur in voluntatem vi sua naturalis, quæ cum necessaria sit, libertatem laderet; vel ut signa quedam, quæ cum dilparata omnino sint, nullo modo concurrere ad hos effectus valent. Hæc omnia docet Angelicus 2. 2. q. xcvi. art. 5. Et omnibus plurimis sacre Scripture prohibitionibus istius astrologiæ, satis fit referre verba constitutionis Sixti V. editæ anno 1586. cuius initium est, *Celsi, & terræ Statuimus, & mandamus, ut... contra facientes iudicia, & nativitates hominum, quibus de futuris contingentiis, successibus, fortuitisque casibus, aut actionibus, seu humana voluntate pendentibus aliquid eventurum affirmare audent, etiam si non certo affirmare aasserant, aut professentur &c. inquirant, & procedant, & in eos severius canonice punis, & aliis eorum arbitrio animadvertentur.* Quæ opponere astrologi solent, nimis futilia sunt, & consuetudine indigna.

IV. Quæst. I. *Superstitiosum ne est futura libera barolari, non certo, sed probabiliter?* Resp. Sententia affirmans communis, & vera est. Ratio, quia æstus probabilis determinatus est; licet admittat formidinem oppositæ partis. At nullus determinatus influxus astrorum in voluntatem vel probabiliter dari potest. Ergo hæc probabilis præsentio futurorum ex aëtris superstitiosa est. Quare, sive certo, sive probabiliter astrologi prædicant futura libera, semper superstitiosi sunt; quia nulla probabilis connectio astrorum est cum humana libertate.

V. Quæst. II. *Prædictio tantum coniecturalis est ne a superstitiosa immunitur?* Resp. Adfirmantem sententiam docet P. Caltrapalæi tract. xvii. disp. 1. punct. 4. n. 8. pro qua sententia citat Valentiam, & Delrium: eam evincere conatur primum, quod Sixtus V. non prohibuit hæc coniecturalem, tenuissimamque prædictionem: siquidem Pontifex eam tantum futurorum præsentionem prohibuit quæ iure divino, & canonico verita prius erat, ut ex præmio constitutionis colligitur. Secundo addit, quod hæc coniecturalis, & dubia

præ-

prædictio futuri eventus non est prædictio absoluta: sed solum est prædictio illius contingens innixa quadam tenuissima coniectura; quod potius est prædictio contingenter quam effectus.

VI. Adversus hæc opinionem posset quis obicere, quod in constitutione Sixtina prædictio vetatur, etiam si non certo affirmari aasserant, aut professentur. Ergo præsentio etiam coniecturalis prohibita videtur. Quid quod hæc coniecturalis divinatio æque perniciosa Reipublicæ, & divino cultui est, ac probabilis? Quia vix ab hæc distinguitur, nisi penes maiorem aut minorem gradum probabilitatis. Admissio enim licito uti istius coniecturalis divinationis, homines in occultorum notitiam propensi vana huic scientiæ darent operam, ac si certa esset. Siquidem ex coniecturali ultra progredi, & ad cœnitha probabilitatis accedere, & ex his ad certissimum culmen pervenire posse sibi blandirentur: atque adeo sub hoc tenuissimo coniecturalis prædictionis velo crimen superstitiosæ divinationis occultaretur, & foveretur. Quid quod Caltrapalæus ipse concedit, in foro externo patiendos esse eiusmodi divinatores? Curpuniti debent, si semel aliqua prædictio futurorum contingentium ex aëtris licita esset? Immo vix quisquam panis possit, admittentia Caltrapalæi: quia quisque se se exculat posse prætere coniecturalis prædictionis. Ideo Pontifex Sixtus, ut vidimus, vetat vix certam, sive coniecturalem divinationem: quæ coniecturalis prædictio semper iure tum divino, tum naturali prohibita fuit ob rationes allatas.

VII. Hæc qua narravi, obiecta non adeo urgent, ut in quocumque sensu falsa sit opinio Caltrapalæi. Nam S. Thomas docet, astrologos posse in communi coniecturaliter bella, alioque fortuitos casus prædicere: quia corpora caelestia, tametsi non agant in intellectum, & voluntatem, influunt tamen in passiones, quibus cum pauci resistant, ideo in communi possunt astrologi coniectare quedam futura, secus in particulari respectu huius, vel illius. Inquit enim Angelicus 2. 2. q. xcvi. art. 5. ad 2. *Plures hominum sequuntur passiones, quæ sunt motus sensitivi appetitus, ad quas cooperari possunt corpora caelestia: pauci autem sunt sapientes qui huiusmodi passiones resistunt.* Et ideo astrologi ut in pluribus vera possunt prædicere, & maxime in communi, non autem in speciali: quia nihil prohibet aliquem hominem per liberum arbitrium passionibus resistere. Unde & ipsi

astrologi dicunt, quod sapiens homo dominabitur aëtris, ingratum scilicet dominatur suis passionibus. Igitur, si rerum naturæ spectentur, videntur corpora caelestia, & corporeæ, vel sensibiles passiones, datur inter hæc connectio, quia illa in hæc recipit influunt: & licet omnes homines videntur passiones suas complere, pauci tamen sunt qui ei dem bellum indicant: ideo, si hæc spectentur, possunt astrologi ex influxu aëtrorum in appetitus corporeos coniecturaliter in communi prædicere plures eventus iuxta diversos passionum motus. Nihil vero in particulari prædicere, vel coniecturaliter, valent eorum que a libero arbitrio pendunt: quia quilibet homo resistere motibus appetitus potest. Quin nec in communi astrologorum prædictio, quæ licita esse potest, curanda, sed profus contemnenda est: quia futura libera ex tot circumstantiis pendunt, ut nec in communi valent astrologi quidem coniectare. Quippe licet ex motu, aspectu, & situ stellarum, & aëtrorum, eorumque in passiones influxu possint quidquam divinare; quia tamen ab innumeris accidentibus possunt & influxus impediri, & passiones reprimi: ideo omnino divinatio, sive in communi, sive in particulari, live probabilis, live coniecturalis, respectu eorum quæ ex libero arbitrio pendunt, spernenda est omnino, ut dicit Hieremias cap. x. *A signis celi nolite metare, quæ timent gentes: quia leges populorum vane sunt.*

VIII. Quæst. III. *Uterque valent astrologi ex signo nativitatis temperamentum, inclinationem, corporisque proprietates prædicere?* Resp. Plura de hoc Theologi disputant: ego paucis me expediam. Iam ex dictis constat, non posse astrologos ullo modo, sive probabiliter, sive coniecturaliter, futura libera prædicere. Insuper quod astrologi nequeant ex nativitatibus horoscopo certe prædicere infantis temperamentum, & inclinationes, etiam patet. Siquidem rapidissimus celorum motus, stellarum aspectus, earum retrogradationes, oppositionesque fugunt mentis aetatem, ut vel ipsi peritissimi Mathematici docent. Accedit quod punctum temporis nativitatis cognitum difficillimum est propter rapidissimum celorum conversionem. Quid quod ad temperamentum, & hominum inclinationes plus consertunt celorum influxus tempore conceptionis, quam nativitatis? Hoc porro punctum ignotum profus astrologis est. Tandem hominum temperamenta ex alimentis, ex educatione, plurimisque aliis mutantur. Quæ omnia, & plura alia que prætereo, simul col-

collecta impediunt ne astrologi vel probabiliter quant praeiorum temperamta, & inclinationes praedicere.

IX. Oseña inatili astrologorum divinatione, reliquum est ut dicamus, superstitiosa ne sit eiusmodi divinitio. Statutum est supra, astrologiam naturalem licitam esse respectu eorum eventuum qui necessario consequuntur astrologum motus, & aspectus. Haec vero astrologia quae ex nativitate horoscopo futuram complexionem, temperamentum, & inclinationem hauriatur, ineptam esse contendimus, atque adeo illicitam propugnamus. *Valmanteenses* referunt *Pillucium* & *Tullentium*, asserentes hanc divinationem sapte natura esse peccatum mortale; ipsi vero cum *Suarez*, *Layman*, *Fagundes*, & *Palao* negant, aiuntque genere suo esse dumtaxat mendacium, erroremque temerarium, non superstitutionem. Porro mentiri absolute non est peccatum mortale, sed tantum veniale. Erit ergo culpa venialis tantum, contra praedictam, & veritatem divinare ex horoscopo nativitatis futurum temperamentum. Adduntque *loc. cit. n. 53.* hanc divinationem licitam esse, si tantum probabiliter, & coniecturaliter astrologus praedicat futuras inclinationes. Verum, licet admisso quod nulla occurrant fundamenta vi quorum possit fieri iudicium probabile de futuro temperamento, & inclinatione: confectur statim inutilis omnino esse, & mendacem hanc divinationem, quemadmodum ultro laudati Theologi fatentur. Porro, si inutilis, & mendax est eiusmodi divinitio; non video cur a superitione, immunis dicensur sit qui illa utatur. An postea sit semper peccatum mortale, non aulam decernere. Pro praxi admodum sunt Christiani ut abtineant a petendis eiusmodi divinationibus, & abaudiendis illis astrologis qui in publicis plateis mendacia, & fabulas in aures idiotarum, & sultorum per tubos insulant, pecuniamque reportant. Quamvis enim tellentur ore nullam se illis adhibere fidem, facto tamen oppositum indicant: quippe difficile creditu est illos velle suas pecunias expendere ob solam curiositatem audiendi ea quae fabularum loco habent. Suas ergo retineant pecunias, & ignorantissimam, vilissimamque gentem litterarum, & astrologicae artis omnino expertem derideant.

X. Qui consulunt astrologos, ut sibi aliquod occultum delictum revelent, puta furum, homicidium, aliam criminis, five facta, peccant gravissime: quia haec detegi abique demonis arte nequeunt. Atque adeo

consultantes inducunt astrologos ad superitionem exercendam. Quid quod neque licitum est inducere hominem qui reipia seit delictum omnino occultum, ad illud revelandum, ordine iuris pretermisso?

XI. Quae. IV. *Licitum non est petere ut occulti thesauri, aquae subterraneae, cadavera sub sarcophagis latentia manifestentur ab iis qui istorum cognitivum sciunt?* Resp. Quod aquae discurrentes intra terre meatus naturalibus signis, puta vaporibus, aliique emissis effluvis, dignosci queant, nemo est qui negat. Metalla quoque in fodinis extantia vinturali cognosci valent pluribus signis, potissimum ex herbarum qualitate quae ibi nasci solent. Utriusque ergo cognitio peti potest sine superitione: quia utriusque cognitio valet sine superitionis culpa praebere. Theauri vero, vel cadavera sub sarcophagis abscondita abique demonis pacto cognosci nequeunt. Quare qui istorum manifestationem postulant, & graviter peccant, quia ad superitionem perpetrandam inducunt divinos, & spe frustrantur. Quam sunt altae fustitiae istae! Si divinis hominibus comperti essent occulti thesauri, sibi acciperent, non aliam manifestarent. Quid quod raro demon hanc manifestat. Deo sic disponente, ut infinita mala quae divitiarum copia instructi homines fecerati solent perpetrare, impediatur?

XII. Quae. V. *Divinatores tenentur ne restituere pretium pro divinatione acceptum? Singularis opinio P. Sanchez refutatur.* Resp. Quando divinatores ea praedictum quae naturaliter cognitionem effugiant, ut cum praenuntiant ea quae a solo libero arbitrio pendent, tenentur restituere pretium pro tali praedictione acceptum. Si alios falsa haec doctrina imbuerunt, eos dedocere astringunt. Si damna passi sunt imperiti ob fultam credulitatem praesitum talibus imposturis, eadem compensare debent: quia illi fuerant iniuncta eiusmodi damnorum causa.

XIII. P. Thomas Sanchez *Lib. II. in Decal. cap. xxxviii. n. 96.* singulariter hac de opinione habet. Ne ipsi imponere videar, propriis illius verbis eamdem transcribo. Inquit ergo, „Quod si loquamur de pretio accepto” pro hoc iudicio ferendo, Gratianus *cap. Qui* habetis *xiv. q. v.* docet pauperibus restituendum tamquam turpe lucrum. Sed dicitur „si” si quod nullum alio pacto fieri potuit, five effectus evenerit, five non, tenetur pretium restituere danti: quia nullam diligentiam

ad-

adhibuit, sed casu effectus evenit, aut non evenit. Ad pecunia datur propter operam ab illo impensam, & quidem utilem ad effectum consequendum. Sicut si medicinae proflus ignarus, aut inutilia agro applicaret, teneretur pretium curatiois agro restituere, quamvis casu liber a morbo evaserit. Et quamvis consulens astrologum in ea re deliquerit, offerens pretium pro re turpi, & venior sententia habet restituendum ipsi, donec per sententiam condemnatus, ut id pretium amittat. Si vero astrologus ille, vel divinator, operam suam apposuit, & arte DIABOLI res ita evenit, non tenetur pretium restituere: quia ipse suam operam, est turpem, apposuit: & acceptum pro opere turpi non est obnoxium restitutioni, iuxta venior sententiam. Atque haec omnia docet Nav. ibidem num. 163, & 164, & Manuel in Summa 2. editione cap. vii. num. 4. Salas 1. 2. qu. ix. art. 5. tract. 5. disp. 11. sec. 8. num. 79. in fine. Ad duntaque indistincte teneri pretium restituere, re, quando res non ita evenit. Sed id non credo, quando ipse diligentiam adhibuit arte. DE DIABOLI ad eum effectum necessariam: sicut medicus quando iuxta artis praeccepta medicatus est, non tenetur pretium restituere, agro perenti: quia ea diligentia a mago illo apposita (N. B.) est pretio estimabilis. Nec in hoc casu tenetur damna, & expensas consulenti restituere; sed quando nullam operam impendit, aut eius DIABOLICAE artis ignarus erat.

XIV. Pretio itaque estimabilis est ars diabolica? Si divinatores nullum cum diabolo commercium habeant, tum restituere acceptum pro divinatione pretium, five contingat effectus, five secus, tenentur: quia tum ignari astrologi sunt divinatoriae artis, decipiunt clientes suos, quibus nullam impendunt operam, nullamque perferunt molestiam in dicendis a diabolo artis suae arcanis. Contra si diabolum consulant, si tanto magistro secreta artis addicant, tunc cum periti divinatoriae artis ab onere restitutionis liberi sunt, acceptumque retinere pretium iure valent, five effectus praenuntiatu succedat, five non. Quemadmodum medicus qui iuxta artis suae regulas infirmum curat, five convalescat, five pereat, acceptum pretium restituere non astringitur. Haec mihi monstruosa videntur paradoxa, quae communi sensui repugnant. Inventa tandem opinio est quae utile, & lucrosum esse docet cum diabolo commercium: & quod lucrum ex tali diabolico commercio ac-

quisitum retineri possit. Vah erronea commentum. Clamant adversarii, quod lucrum perceptum a commercio cum diabolo vocaverim monstruosa paradoxa & erronea commentum. Probabilis ergo illis est recepta opinio.

CAPUT VI.

De divinatione per somnia.

I. VARIAS sunt somniorum genera, quae dividi solent in oraculum, visionem, somnium, insomnium, & phantasma. Oraculum est, cum Deus Sanctorum, Angelorumve ministerio cuidam in somno revelat aliquod futurum: & eiusmodi fuit somnium Abimelech *Gen. xx. Abrahæ Gen. xxxviii. Samuelis II. Reg. cap. 11. & sancti Iosephi ac Magorum *Matth. cap. 2.** Viso est, quando id quod quis videt in somnio, eo quod vidit modo evenit. Eiusmodi fuit somnium antiqui Iosephi *Gen. xxxviii. Iacobi Gen. xlvii. & Geodenis Iudic. vii.* Somnium dicitur id quod figuris reatum apparet, indigetque interpretatione, ut cognoscatur: quale fuit somnium Nabuchodonosoris, ut habetur *Danielis 11. pincernae, & piloris Gen. xl. Insomnium est id quod postquam fatigavit vigilantem, eadem dormienti se se ingerit. Quare dicit Ecclesiasticus *cap. v. quod multas curas sequuntur somnia. Phantasma est, dum quis, vix somno capto, & vigilare se reputans, figuras varias, & discrepantes sibi spectare videtur. Haec tamen somniorum genera, oraculo excepto, in idem fere recidunt.**

II. Quatuor somniorum assignari causas solent, quarum duae sunt intimae, extremae aliae. Causae somniorum intrinsecae ad dicuntur animales, quae ex internis animalis formantur: quae de causa etiam animalia formantur: alia est corporalis, quia ex varia corporis dispositione somnia proficiuntur, ut explicat Angelicus 2. 2. q. xcv. art. 6. Interior somniorum causa est duplex. Una quidem animalis, inquam scilicet ea occurrunt hominis phantasia in dormiendo circa quae eius cognitio, & affectio fuit immerita in vigilando... Quandoque vero causa intrinseca somniorum est corporalis. Nam ex interiori dispositione corporis formatur aliquis motus in phantasia conveniens tali dispositioni; sicut homini in quo abundant frigidi humores, occurrunt insomnia quod sit in aqua, vel nive. Et propter hoc medici dicunt esse intendendum somnia ad cognoscendum interiores dispositiones. Experientia quippe conitat quod qui sanguine abundant, ea somniant quae lutescere apta sunt, ut the-

thefaurus, convivia, viridaria: qui bill veantur, in somniis moluntur cedes, rixas, aggressiones, bellicosque conflictus: obnoxii melancholicæ pilauctus, tenebræ, luberimores apparent: illi vero qui vilidius humoribus pleni sunt, se comprimi & suffocari in somniis sentiunt. Quoties etiam corporis humores perturbati sunt, somnia gravia esse solent; & tristia; quæ indicia sunt corporis male valentis.

III. Causa somniorum extrinseca duplex similiter est. Altera corporalis, inquantum, inquit Angelicus, imaginatio dormientis immutatur vel ab ære continenti, vel ex impressione calidæ corporis; ut sic dormienti aliquæ phantasie apparent conformes caliditatis dispositioni. Altera spiritalis, quæ, ut subdit D. Thomas, quandoque est a Deo, qui ministerio Angelorum aliqua hominibus revelat in somniis, secundum illud Num. xxi. Si fuerit quis inter vos Propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. Interdum etiam, persequitur Angelicus, operatione demonum aliquæ phantasie dormientibus apparent; ex quibus quandoque alia futura revelant his qui cum eis habent pacta illicita, Quibus politis sit.

IV. Quæst. I. Licetum ne est per somnia divinari futura? Resp. Huc quæstio sic respondet D. Thomas loc. cit. Dicendum, quod si quis utatur somniis ad præcognitionem futuræ, secundum quod somnia procedunt ex operatione divinæ, vel ex causis naturali intrinseca, sive extrinseca, quantum potest servitus talis causæ extendere, non erit divinatio. Si autem huiusmodi divinatio causetur ex revelatione demonum, cum quibus pacta habentur expressa, quia ad hoc invocantur, vel tacita, quia huiusmodi divinatio extenditur ad quod se non potest extendere; erit divinatio illicita, & superstitiosa. Licetum ergo est somnia a Deo immilla observare, atque per ea divinare futura. Sed videndum prius est, sint ne a Deo, vel a demone immilla: & hoc opus, hic labor est. Regula quippe certa, & infallibilis vix designari potest. Coniectura vero probabiles plures præsto adiunt. Præcipua hæc est. Si somnia sint honesta, & ad bonum spirituale animum inclinent, a Deo immitti credendum est, ut dicit D. Iacobus cap. iiii. Que autem deservunt esse sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, iudicialis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, non indicans, sine simulatione. Si autem turbent, si ad malum inflectant, ut a demone iuggeta credi

debeat. Si post sufficientem diligentiam dubia apparent, spernenda sunt: & id quod tutius videtur, amplectendum. Mores, vitæque integritas illius cui somnia accidunt, plurimum conferunt ad internocendum, sint ne a Deo, an a demone immilla. Qui hæc somnia experiuntur, prudenti Confessorio manifestare sua debent; & precibus ad Deum effusis implorare ab eodem veram notitiam, qui non permittit decipi nolentes decipi.

V. Quæst. II. Licetum ne est naturalium somniorum observatio? Resp. Adfirmant communiter Theologi: quoniam hæc somnia ex causis materialibus proficiuntur, nempe ex humorum copia, ex qualitate temperamenti. Porro licetum est ex causis naturalibus venari effectus qui inde proficiunt. Quapropter medici somnia licite observant, ut colligant causas morborum, easque auferant.

VI. Quæst. III. Licetum ne est ex somniis futura libera divinare? Resp. Omnes docent, hoc esse grave scelus: quoniam futura libera a sola voluntate pendent, nullamque cum somniis connexionem habent. Accedit quod somniorum origo, non una, sed multiplex est: atque adeo nihil certi, vel ipsorum effectuum naturalium, sed tantum coniecturas quidpiam assequi possunt. Nihil ergo contra somnia valent ad ea que libera omnino sunt, divinanda. Quare superstitiosi illi sint qui certa postura, & situ in lecto se collocant, ut in somniis futura eventa eis revelentur; sicut & alii, qui infirmorum pulvinaribus cornua animalium subiciunt, ut tranquillum somnum capiant. Nulla quippe connexio inter somnum quietum & hæc instrumenta relect.

VII. Quæst. IV. Peccat ne qui somniorum occasione mores suos, & negotia moderat? Resp. Extrema hic, sicut in aliis rebus, cavenda sunt. Qui somniorum observator est, & iidem passim utitur veluti regulis ad sua peragenda negotia, vel omittenda, procul dubio superstitionem committit. Ceterum, si quis interdum somniorum occasione aliquid omittit, vel suscipit, non ob fidem certam somniis præstitam, sed ex iidem occasione accipiens serius negotium aliquod perpendendi, moreque suos reformandi, nulla pollutur superstitionis labe. Eæ aliquem peccatorem in fœdum mortem iustitiamque imminentem sibi videre, nisi mores suos corrigat, statimque poenitentia, superstitiosius minime hic est; quin prudenter aseret, si continuo confiteretur, moreque suos reformaret. Credere enim prudenter posset, a Deo somnia cuiusmodi sibi esse

esse insula, formiorumque ministerio admodum ut ad meliorem frugem se se recipiat. Iam innuimus, somnia que bonum luadent, probabilis a Deo proficiunt. Prudentia tamen opus est, qua bonum ipsum internocatur, utrum videlicet sit bonum certum, necessarium, nullamque inferens malum. Nam angelus malus quandoque bonum proponit, ut inde præstus malum deducat. Hoc tamen facile dicitur valet. In exemplo alato nullum malum timeri sapite natura potest: peccatorum quippe peccate desere, poenitentia eadem abluere, & in Deum se convertere, ita bonum est, ut nihil insidiarum pertimescendum includat.

VIII. Quæst. V. Quando somnia eventibus comprobantur, sunt ne tunc observanda? Resp. Non raro accidit ut quis videat eventa respondentia somniis que habuit. Hinc movetur ut ea observet, fidemque iidem adhibeat. Dicendum ne ille superstitionis labe alperis? Resp. D. T. 2. q. xcvi. art. 3. ad 2. Hoc quod a principio in ipsis observationibus aliquid verum homines experti sunt, accidit casu; sed postmodum, cum homines incipiunt suum animum huiusmodi observantibus implicare, multa secundum huiusmodi observationes eventuum deceptionem demonum; ut in his observationibus homines implicati, cuiusmodi sunt, & se magis insensate multiplicibus laqueis perniciosis erroris. Cavenda igitur levitas est in fide somniis adhibenda: & prudentia, ac veritate, que ex certis aliis, tutisque principiis nibis comperta est, mores, & negotia nostra dirigere debemus. Somniis ne indigemus ut mores corrigamus, ut egestia facinora, & opera bona aggrediamur? Illud præ oculis semper habendum, quod Scriptura vetat somniis fidem dare: Nisi ab Altissimo fuerit emissus visus, ne dederis infomniis cor tuum: Eccli. xxxiv. Illud etiam animadvertendum, quod, dum Deus somnum immittit, signum una præstat quod dignoscatur, reapse illud divinitus esse immisum. Quare, nisi certa, aut valde probabilis signa occurrant, deservit somnium descendere, contemnendum est.

CAPUT VII.

De divinatione que fit per auguria, & omnia, & alias eiusmodi observationes exteriorum rerum.

Quæstionem hæc proponit D. Th. 2. q. xcv. art. 7. Augurium communiter pro avium garruti accipi Conc. Theol. Tom. III.

soleat. Triplex est. Quando ex voce, cantu, numeroque garrutum futura prædicuntur, dicitur abiolutus augurium. Si hæc prædictio fiat ex volatu, palu, alitu, vel motibus, appellatur auspicium. Si vero divinatio fiat ex insularum, aut calarum avium extis, seu intestinis, fibris &c. tum nuncupatur aruspicium. Quando vero divinatio fit ex verbis hominum, absque ulla intentione ad futura prolatis, dicitur omen. Plurima hoc de argumento scribit M. Tullius in suis de divinatione libris, Etruscoque extolitur, ceu istius artis callentissimos: quos etiam a Romanis sæpius vocatos asserit, ut eiusmodi arte illos illustrarent. Plura isthuc transcribere possem ad vestigium ea duntaxat perstringere que ad mores nostros formando pertinent.

II. Quæst. I. Licet ne ex cantu, volatu, motuque avium futura possentur? Resp. Si sermo fit de quibusdam futuris effectibus qui a causis naturalibus pendent, ut sunt pluvia, tempestates, siccitates &c. licetum est ex avium cantu, & volatu eiusmodi coniectare. Quia prælati avium cantus, & motus signa sunt naturalia istorum effectuum. Si quidem sensus istorum animalium ab aëris mutatione, ab astrorum influxibus fortius præ hominibus afficiuntur; & præterea animalia isthæc in usu habent aut canere, aut volare celerius his temporum mutationibus imminuentibus. Nulla ergo superstitionis, sed prudens observatio est, ex avium cantu, garruti, volatu &c. pluvias, serenitatem, tempestatesque colligere. Hæc omnia explicat Angelicus loc. cit. Causa operationum brutorum animalium est instinctus quidam, quo moventur motu naturali: non enim habent dominium sui actus. Hæc autem instinctus præstet ex causa causæ procedere. Unus quidem motus ex causa corporali. Cum enim bruta animalia non habeant nisi animam sensitivam, cuius omnes potentie sunt actus corporali organorum, iudicet eorum motus a dispositione contrarium corporum, & primordialiter calidum. Et ideo nihil prohibet aliquos eorum operationes esse futurorum signa, inquantum conformantur dispositionibus corporum calidum, & aëris continentis, ex quibus proveniunt aliqui futuri eventus. Hinc est, subdit Angelicus, quod, quando cornicula frequenter crocitat, indicat proximam futuram pluviam. Aves alia sua signa edunt ad similes eiusmodi effectus prænuuntiandos.

III. Superstitio vero aperta est, futura contingentia libera ex prælati avium, & quorumque

que animalium signis prædicere. Ratio sæpius tam data est, quod nempe futura libera a voluntate pendeant. Hinc est quod Deus Deuter. xvi. præcipit: Non inveniatur in te qui observet auguria. Nonnullas auctoritates Scripturarum quæ afferri in oppositum solent, interpretatur D. Th. l. c. ut quando Ioseph dixit: An ignoratis quod non est similis nisi in scientia augurandi? respondet Ioseph causa hoc a Ioseph dictum fuisse, ut Augustinus etiam docet.

IV. Quæst. II. Licetum ne est ex vocibus humanis casu prolatis, aut ex aliis fortuitis eventis futura prædicere? Resp. Negans conclusio certa, & communis est. Hominum quippe verba sunt libera, quæ nullam relationem habent, nullamque influxum in quæcumque futura. Nihil ergo ex fortuita eorum verborum prolatare prædicere iure licet. Quod Eliezer verba puella observaverit, ex peculiari Dei revelatione fuit, ut & de Gedeone tradit D. Th. loc. cit. ad 3. Superstitione itaque laborant similes observationes: puta, in malam partem interpretari, si prima hebdomade die elemosinam petantur; si primo mane canis, aut feles obviam occurrat; si mane sterutaveris; si veses a foribus corrodantur; si caput ad ianuam allideris; & sexcentæ aliæ similes observationes, a Paganis in Christianis idiotas, ignorantelque derivatæ. Quia enim aliquando casu quidpiam triste insaufumque accidit, prævisi similibus signis; homines ad superstitionem promi, deceptivæ a demone, consilium pro malo augurio talia signa consulerunt.

V. Quæst. III. Superstitio ne est futura prædicere ex corporis humani membris? Resp. Tris sunt præcipua corporis membra que in divinatione observari solent, manus, caput, & pedes. Divinatio qua ex manuum lineis prædicatur homini futurum eventum, vocatur *chiromantia*; qua ex pedum lineis aliqua prænuntiatur, dicitur *pedomania*: qua vero coniectatur ex frontis lineis, & vultus qualitate, vocatur *metescopia*: qua denique ex univerto corpore, cuiusque membris auguria capiuntur, dicitur *physiognomia*. Quælibet istarum est duplex: altera naturalis, altera astrologica. Hæc ex membrorum lineamentis futuros liberos, & omnino contingentes effectus prædicat; illa vero ex corporis dispositione, manifeste amplitudine sanitatem, temperamentum, & morbos coniectat. Quibus prælatis, dicimus, *physiognomiam* naturalem, quæ videlicet, ex corporis habitudine coniecturas colligit infirmitatis, sanitatis, fortitudinis, li-

citam esse. Quare dicitur Eccli. xix. Ex visu cognoscitur vir, & ab oculo faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & rufus dentium, & gressus hominis enuntiant de illo. Quæmodum ceterorum animalium, puta equorum, bonum &c. fortitudo, agilitas, velocitas ad cursum colligitur ex optima corporis dispositione; sic hominum inclinationes naturales, temperamento &c. discernuntur ex vultuum, aliorumque membrorum diversitate. Et hoc licitum esse a nemine revocatur in dubium. Divinare autem ex physiognomia astrologica futura contingentia, fortuna, & libera superstitiosum est, ut omnes fatentur ob rationem sæpius datam, quod nempe corporis, partiumque positura, & dispositio nihil influere in futura contingentia & libera, quæ a sola voluntate pendent, valeat. Quod dictum de physiognomia est, idem dicitur de chiromantia naturali, & astrologica, ac de aliis duabus. Quamquam quod docere Auctores solent de manuum lineis, commentitium puto; nullamque inde colligi probabilem coniecturam ad inclinationes naturales, ad vitam longiorem, vel breviorē divinoscendam existimo.

VI. Quæst. IV. Peccant ne graviter qui Aegyptios, vulgo Cingaros, consulunt, ut ex manuum ostensione bonam, aut malam sortem sibi enuntient? Resp. Si id serio peragant, dubio procul letaliter peccant: quia, ut sæpius diximus, id superstitiosum est, cum nullæ causæ naturalis designari possit que tales pariat effectus. Si loci causa fiat, peccatum veniale curiositatis contingere Auctores docent. Verum in praxi vid id agitur ab aliis gravi culpa, tum ob scandalum, tum ob credulitatem quem idiotæ, & potissimum mulieres, adhibent eiusmodi circulatoribus. Quare cogendi omnes sunt ut ab his consultationibus prorsus abstant. Dum enim tales prædictiones postulant, foveant iniquam artem, & maliquæ hominibus occasione præbent peccandi.

CAPUT VIII.

De divinatione qua fit sortium usus.

I. **S**ors definitur a D. Th. 2. 2. qu. xcv. art. 8. quod sit actio aliqua que ideo fit, ut eius eventus considerato, aliquid occultum innotescat. Hanc asserit triplicem esse. Prima est *divisoria*, cum ex eius eventum decernitur quid cuique sit tribuendum; puta munus, honor, dignitas &c. Secunda est *consultoria*, cum nempe divina voluntas

consultur, ut sciamus quid cavere, quid agere, quid in hoc, aut in illo negotio agere debeamus. Tertia est *divinatoria*, cum a demone tacite, vel expressè aliquod futurum occultum revelari postulat. *Sors proprie dicitur* (inquit Angelicus) *cum aliquid fit, ut eius eventus considerato aliquid occultum innotescat. Et quidem si queratur iudicio sortium, quid cui sit exhibendum, sive illud sit res possessæ, sive sit honor, sive dignitas, seu pæna, aut actio aliqua, vocatur sortis divinatoria. Si vero queratur quid sit futurum, vocatur sortis divinatoria... Unde si quis ea intentione sortibus utatur, quasi huiusmodi actus humani, qui requiruntur ad sortes, secundum dispositionem stellarum sortiantur effectum, vana, & falsa est opinio, & per consequens non carens demonum ingestione: ex quo talis divinatio est superstitiosa, & illicita.*

II. *Sors divinatoria licita sunt*, quod nil aliud sunt quam munus pactum quo homines conveniunt, ut ex sortium eventu decidatur, cui res, honor, dignitas &c. debeant applicari. Nullum hic sine expressum, sive tacitum cum demone pactum. Istarum sortium exempla plura ex Scriptura divina cum veteri, tum nova. Ex veteri quidem I. Reg. cap. x. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & cecidit fors super Benjamin. Item Deuter. cap. i. Ipse sorte tergam dividit Israeli. Ex novo testamento: Dederunt sortes, & cecidit fors super Mathiam: Actum Apoll. c. i. Super vestrum meam miserunt sortem: Matth. cap. xxvii.

III. Quæst. I. Licetum ne est sortibus uti divinatoris in electionibus ad dignitates seculares? Resp. Sententia affirmativa communis est, respectu electionis ad officia laicalia: quia talis sortio nullo iure vetita est, & alias fuisse naturæ nullam reddenet superstitionem. Ad hoc tamen ut licita sit, in æqualiter idoneis atque emeritis fors mitti debet: nam si ob fortes adhibitas, idoneis neglectis, minus idoneis contingant præmia; tum peccatum erit contra distributivam iustitiam. Tunc ergo licita sortio est, cum plures idonei occurrunt, & non tunc suppetunt præmia; atque excessus meritorum nequit discerni, ut sciat quis sit præferendus.

IV. Quæst. II. Licetum ne est sortium usus in electionibus ad ecclesiastica beneficia? Resp. Sententia negans communis est: quia legè ecclesiastica id cavetur cap. Ecclesia extra de sortilegiis; ubi hæc habentur: *Sorsis usum in*

electionibus perpetua prohibitione damnantur. Nullæ ergo electiones five ad dignitates, five ad beneficia, five ad officia ecclesiastica licite fieri possunt sortium usu; quod verum habet etiam in eligendis compromissatis ad dictas electiones. Hanc sententiam expresse docet Angelicus; qui licet admittat fortitionem licitam ad lites dirimendas, negat tamen licitum eisdem usum in electionibus ad beneficia ecclesiastica. Possit tamen (inquit loc. cit.) in hoc quadruplè peccatum incidere. Primum quidem, si absque ulla necessitate ad sortes recuratur: hoc enim videtur ad Dei tentationem pertinere. Unde Ambrosius dicit super Lucam. Qui forte eligitur, humano iudicio non comprehenditur. Secundo, si quis etiam in necessitate absque reverentia Dei sortibus utatur. Unde super Actus Apostolorum dicit Beda: Sed si qui necessitate aliqua compelli, Deum patant sortibus exemplo Apostolorum esse consulendum, videant hoc ipso Apostolos, nonnisi collecto fratrum cœtu, & precibus ad Deum fuisset egisse. Tertio, si divina oracula ad terrena negotia conuertantur. Unde Augustinus dicit ad inquisitos lanuaris: Qui de paginis evangelicis sortes legunt, est operandum ut id potius faciant quam ad demonia consulenda concurrant; tamen etiam illa mihi displicet consuetudo ad negotia secularia, & ad vitæ huius vanitates divina oracula velle convertere. Quarto, si in electionibus ecclesiasticis, que Spiritus sancti inspiratione fieri debent, aliqui sortibus utantur. Unde, sicut dicit Beda super Actus Apostolorum, Mathias ante Pentecostem ordinatus sorte quartus, quia scilicet nondum erat placitum Spiritus sancti in Ecclesia effusa: septem autem Diaconi postea nisi sorte, sed electione discipulorum sunt ordinati. Secus autem est in temporalibus dignitatibus, que ad terrena disponenda ordinantur; in quarum electionibus plerumque homines sortibus utuntur... Si vero necessitas imminet, licitum est cum debita reverentia sortibus dromum iudicio implorare. Unde Augustinus dicit in epistola ad Honoratum: Si inter Dei ministros sit discipulatus, qui eorum perfectionis tempore maneat, ne fuga fiat omnium, & qui eorum fugiant, ne morte omnium deseratur Ecclesiæ: si hæc discipulatus aliter non poterit terminari, quantum mihi videtur, qui maneat, & qui eligant, sorte legendi sunt. Iure ergo meritoque, postquam Deigratia plenitudo in Ecclesia suam effudit, sortium usus vetus est in ecclesiasticarum dignitatum electionibus. Quæ omnia locum habent, etiam dum ecclesiis equalibus duo electi sunt ad beneficium.

leta, scriptas preces, reliquias cum certa formula, quod non sint abique confessione mortuorum, aut a sclopis, bombardisque ledendis, secum deferant. Ratio est eadem, quia scilicet hoc signa nec a se, nec a Deo viti habent ullam ad eiusmodi effectus. Quod ad reliquias tamen pertinet, observandum cum D. Th. 2. 2. quest. xxv. art. 4. ad 2. quod si portentur ex fiducia Dei, & Sanctorum quorum sunt reliquie, non erit illicitum. Si autem circa hoc attendatur aliquid aliud, cum, puta quod vas esset triangulare, aut aliquid aliud huiusmodi, quod non pertinet ad reverentiam Dei, & Sanctorum, effectus superstitiosus, & illicitum. Admonet praterea Angelicus, dum deseruntur imagines sacre, aut pagine in quibus exaratum sit Evangelium, cavendum esse primum, ne quidquam salutaris continerent adversus sacram Scripturam, consuetudinem, traditionemque Ecclesie denique ne scriptum aliquid sit quod ad demonum invocationem pertinet, aut nomina ignota, aut characteres, vel figura misticant, sicut crucis exceptio. Verborum dicam, tum est licita reliquiarum, scilicet nunquam imaginum delatio, quando in solo Deo spes habetur, media etiam Sanctorum intercessio; licet sine rebus honos, & reverentia exhibetur propter solam relationem ad Deum, & Sanctos, quacunque alia vana observatione seclusa.

IV. Superstitiosum est sacra verba proferre ad movendum anulum e filo pendentem: quoniam hac verba nullam habent virtutem ad talem motum inferendum. Quare, si motus contingat, a demone est. Superstitionem quoque committunt qui ad colium suspensas gerunt philtenas, seu ligaturas remediolorum, que suapte natura inepta sunt ad pellendas infirmitates: item ii qui Sanctorum imagines in flumen proficiunt, & ibidem decidunt, donec a Deo pluviam obtineant. Si plura cupis, leges Delirium Lib. III. disp. magic. pars. II. q. IV.

V. Observantia futurorum eventuum est predictio prospera vel adversa fortune ex signis profus inceptis ad enigmata prescientia: puta si quis observet dies, tempora, hominum occursum, alique familia, quibus moveatur ad quiddam agendum, vel omittendum, tamquam insautum. Libet nonnulla transcribere ex D. Augustino, qui Lib. II. de doctr. chr. susceperit plurima superstitiosum exempla. Mittam nunc ea que pertinent ad alias superstitiosum species, & aliqua dumtaxat ea que pertinent ad vanam observantiam, bre-

viter exhibebo. Hec ergo scribit Augustinus cap. xx. & seq. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturae, atque remedia, que medicorum quoque disciplina condemat, sive in precationibus, sive in quibusdam notis, quas characteres vocant, sive in quibusdam rebus suspendendis, atque illigandis, vel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum, sed ad quasdam significationes aut occultas, aut etiam manifestas: quae mitiore nomine Physicam vocant, ut non quasi superstitiose implicare, sed natura professe videantur; sicut sunt inanes in summo aurium singularum, aut de struthionum ossibus anse in digitis, aut cum tibi dicitur insipienti, ut dextera manu sinistra pollicem teneas, servationum, si membrum aliquid salerit, si inunctum ambulantis alius lapsi, aut canis, aut puer medius intervenerit: atque illud quod lapidem calcant, tamquam dirimpentem amicitiae, minus molestum est quam quod innocentem puerum colapho percussit, si pariter ambulantis incurserit. Sed bellum est quod aliquando pueri vindicantur a canibus. Nam plerumque tam superstitiosi sunt quidam, ut etiam canem qui medius intervenit, ferre audeant non impune. Namque vano remedio cito interdum ille percussorem suum ad veram medicum mittit. Hinc tunc etiam illa: limen calcare, cum ante domum suam transit: redire ad lectum, si quis, dum se calcit, sterneraverit: redire domum, si procedens offenderit: cum vestis a foricibus roditur, plus timere inspicionem futuri mali quam presens damnum dolere. Unde istud eleganter dictum est Catonis, qui cum esset consultus a quodam, qui sibi a foricibus corolae caligae diceret: respondit, non esse illud monstrum, sed vere monstrum habendum fuisse, si forices a caligis roderent. Plurima alia que ibidem prosequitur Augustinus, pratero, eo quod extrationibus que hadenus allatae sunt, cuique contemptum esse potest, quoniam sunt superstitiosum damnanda, quae vae eadem purganda.

CAPUT X.

De magia naturali, eiusque effectibus.

I. **M**agia generatim accepta ars est mira quaedam, & insolita operandi. Tribuitur in species duas, naturalem nempe, & superstitiosam. Naturalis est que natura-

lium causarum usui, & applicatione occulta, & mira operatur: superstitiosa que demonum auxilio insolitos effectus producit.

II. **Q**uest. I. Est ne licita magia naturalis? Resp. Sententia adfirmans communis est, & vera; que tum ratione, tum exemplis & sacra Scriptura, & historia, profana petitis evinci potest. Magia liquidem naturalis, Philosophia est, que causarum naturalium vim, & efficacitatem penetrans, earumdem usum effectus edit, qui insoliti, & miri videntur indoctis, ac imperitis, quibus causarum vires occulte sunt. Hinc Philosophi, & sapientes Magi olim vocabantur. Genesis cap. xxx. legitur, hac arte usum fuisse Iacobum, qui virgas amygdalinas in canalibus aque defixit, ut ad eadem respicientes oves, maculosos fravissimi, animal ferore libidinis periculum vias imagines attrahere, fetuque imprimere. Huic apprehensionum in ferventi coitu concepte adscribi forte verius possunt maculae ille que in nonnullis etiam viris, ac feminis conspiciuntur. Hanc naturalem magiam didicisse Iacobum, dum scholas Melchisedech frequentabat, docet Tullius in cap. xxx. Gen. Tobias quoque hac arte usus fuit, cum oculorum lambrarem patri restituit seles pilae. Qui plura hac de re cupit, legat ceteros inter Albertum Magnum Lib. VIII. & Lib. XXII. si tamen opus illud sit illius genuinus sermo.

III. **Q**uest. II. Qua ratione & via magia naturalis a superstitiosa severi valet? Resp. Farentur omnes difficilimum esse internoscere, & distinguere, num effectus plures a naturali, vel superstitiosa causa proficiantur. Nam ad istorum effectuum distinctionem necessaria est virium causarum naturalium comprehensio. Tria tamen praescribi signa solent. Primum est causa cognitio, videlicet si inepta natura sua deprehendatur ad talem effectum pariendum. Porro tum causa potissimum inepta prorsus indicatur ad effectum inducendum, cum patrat effectus in applicatione causae adhibet ligaturas, characteres, verba apocrypha, nomina ignota: si tot ligamenta, & non plura, tot cruces, tot verba, & alia ad genus familiae adhibeantur. Tunc enim demonis arte effectus illos produci sentiendum est: quippe certum est praefatos characteres, ligaturas, tot & non pluribus vicibus repetitas, ac cetera que adhibentur, nulla vi pollere ad effectus eiusmodi producendos. Secundum signum est ex modo operandi, videlicet si hac fiant in re valde distanti, vel brevissimo temporis intervallo effe-

ctus causetur; ut si repente a gravi morbo animal, sive homo curetur: si longum iter plurium leucarum usque horae quadrate consistat. Tertium colligitur ex effectus natura, quando nempe certo scitur, talem effectum humanas excedere vires, induriamque.

IV. **Q**uest. III. Quando dubium est, procedat ne effectus a causa naturali, vel arte superstitiosa, quid presumendum? Resp. Salmant. tract. xxx. cap. xi. punct. ix. n. 112. contendunt presumendum esse a causa naturali proficiet, eo quod dubia in meliorem partem sunt interpretanda: afferuntque auctoritatem D. Thomae 2. 2. q. lx. art. 4. ubi quatuordecim instituit, sint ne dubia in meliorem partem interpretanda; & hac verba ex eodem transcribit: Ubi non apparent manifestae indicia de malitia alicuius, debemus cum ut bonum habere, in meliorem partem interpretando quod dubium est. Doctrina hac vera est, sed quatuordecim resolvenda male, & contra expressam Angelici mentem applicatur. Alia quippe regula servanda est in interpretanda hominis mala, vel bona voluntate; alia in interpretanda dubiorum que occurrunt de verum ipsis. Nemo praesum malus debet, nisi probetur. Ideo quando dubitatur, sit ne bonum, aut mala hominis voluntas, semper ad meliorem partem stentendum est iudicium. Quando vero dubitatur, sint ne vera, aut falsa propositiones, sint ne honeste, an vitiose resum naturae; tunc id quod verum, & securius est, amplecti debemus. Audiamus Angelicum ipsum. Aliud est iudicare de rebus; & aliud de hominibus. In iudicio enim in quo de rebus iudicamus, non attenditur bonum, vel malum ex parte ipsi rei de qua iudicamus, cui nihil nocet, qualitercumque iudicemus de ipsa; sed attenditur ipsi solum bonum iudicantis, si vere iudicat, vel malum, si falso: quia verum est bonum intellectus, falsum autem est malum ipsius, ut dicitur in VI. Etb. Et ideo unusquisque debet viti ad hoc quod de rebus iudicat, secundum quod sunt. Sed in iudicio quo iudicamus de hominibus, praescripe attenditur bonum, & malum ex parte eius de quo iudicatur: qui hoc ipso honorabilis habetur quod bonus iudicatur, & contemptibilis, si iudicetur malus. Et ideo ad hoc potius tendere debemus in tali iudicio, quod hominem iudicemus bonum, nisi manifesta ratio vicibus repetitas, ac cetera que adhibentur, nulla vi pollere ad effectus eiusmodi producendos. Secundum signum est ex modo operandi, videlicet si hac fiant in re valde distanti, vel brevissimo temporis intervallo effe-